Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26206
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ra videntur. ut sunt defectus luminarium. et terre motus. et monstruosi
animantium partus. et his similia. quorum nichil fit
nisi dei voluntate. sed plerisque non apparet. ideoque
placuit vanitati phylosophorum. etiam causis aliis ea tribuere.
cum omnino videre non possent superiorem ceteris omnibus causam. id est volun
tatem dei. Itaque non nisi dei voluntas causa prima est. sanitatis. egri
tudinis. premiorum. atque penarum. gratiarum. et retributionum. Hec que
sola est unde ortum est quicquid est. et ipsa non est orta sed eterna. Quibus modis in
Hic non est pretereundum nobis. quod sacra scriptura scriptura accipitur voluntas dei.
de voluntate dei variis modis loqui consuevit. et non est dei voluntas
diversa. sed locutio diversa est de voluntate. quia nomine voluntatis diver
sa accipit. Nam voluntas dei vere ac proprie dicitur que in ipso est. et ipsius essentia
est. et hec una est. nec multiplicitatem recipit. nec mutabilitatem. que
inexpleta esse non potest. de qua propheta ait. Omnia quecumque voluit dominus fecit.
Et apostolus. Voluntati eius quis resistit. et alibi. que sit voluntas dei bo
na et beneplacens. et perfecta. Et hec voluntas recte appellatur bene
placitum dei sive dispositio. Quod secundum figuram dicitur voluntas dei
prohibitio. preceptio. consilium. permissio. operatio. Item quod pluraliter dicit scriptura vo luntates.
Aliquando vero secundum quandam dicendi figuram voluntas dei vocatur quod secundum
proprietatem non est voluntas eius. ut preceptio. prohibitio. consilium. nec non per
missio. et operatio. ideoque pluraliter aliquando scriptura voluntates dei pro
nuntiat. Unde propheta. Magna opera domini. exquisita in omnes voluntates eius. Cum non sit nisi
una voluntas dei que ipse est. pluraliter tamen dicit voluntates. quia vo
luntas dei variis modis ac diversis accipitur ut dictum est. Ita et
idem propheta propter multos effectus misericordie et iustitie. pluraliter dicit. Misericordias
domini in eternum cantabo. et alibi. Iustitie domini recte letificantes corda. cum tamen in deo una
sit misericordia. una iustitia. eademque sit misericordia que iustitia. scilicet divina usia.
Quod autem precep Quare preceptio et prohibitio et consilium dicantur esse dei volunta
tio et prohibitio atque consilium cum sint tria. dicitur tamen unumquodque eorum dei vo